

fessores Instituti Mediaevalis eiusdem Universitatis, A. L. Gabriel et J. N. Garvin. Sub ductu speciali docti nostri confratris Gabriel, auctor, Bühler, hoc opus confectum dicit.

Inscriptio libri contentum optime indicat. Civitas Bononiensis (Bologna) intra muros suos habebat Universitatem florentissimam; exinde explicatur factum in eadem civitate, statim a detecta arte typographica, confluisse plures eximios typographos, qui iam ante incoeptum saeculum decimum sextum plura opera scientifica prelo multiplicaverunt. Nomina horum typographorum, inscriptiones librorum dicto saeculo ab illis editorum, ab auctore Bühler scite et erudite inquiruntur et indicantur. Notae plurimae adduntur, ita ut revera dicendum sit nihil fuisse neglectum quod natum sit illustrare ea quae in praesenti opere considerantur. Novum specimen hac ratione exhibetur accuratissimae methodi qua in Instituto Mediaevali Universitatis Notre Dame alumni formantur.

Ex iis quae legimus p. 74 huius opusculi, complere possumus ea quae in L. GOOVAERTS, *Ecrivains, Aristes, Savants de l'Ordre de Prémontré*, t. II (1902), pp. 119-121, legimus de Johanne de SACRO-BOSCO, seu de HOLYWOOD, auctore operis notissimi: *Sphaera mundi*. Praeter alias editionis antiquas, indicatas l. c. a Goovaerts, editum fuit illud opus anno 1480, Boninae, apud typographum Domenico Fusco.

J. B. VALVEKENS, O. Praem.

The Summa contra Haereticos. Ascribed to PRAEPOSITINUS OF CREMONA. Ed. J. GARVIN, C. S. C., a. J. CORBETT. Publications in Mediaeval Studies. University of Notre Dame. Ed.: University of Notre Dame Press. 1958. P. LXVIII+302. Pr.: 7.50 D.

Volumen istud editur a meritissimo Instituto pro rebus Medii Aevi, erecto in Universitate Notre Dame (Indiana; U. S. A.). Editur textus Summae cuiusdam illius aetatis mediae. Praemissa introductione accuratissima, in qua notantur omnia quae de textu edito nota sunt: auctor ac annus compositionis; manuscripta extantia non pauca, quae nitide describuntur; contentum exponitur; indicatur tandem ratio qua editur textus. Textus ipse exhibetur ordinate propositus, additis lectionibus variantibus. 10 manuscripta ad hanc editionem adhibita fuerunt et ad invicem collata.

Ut pauca quaedam de contento huius Summae dicamus, notari potest cum P. J. DE GHELLINCK, S. J., *L'essor de la littérature latine au XII^e siècle*, t. I, Bruxellis 1946, p. 168: « La polémique anti-vaudoise et anticathare n'a pas fait l'objet d'études, en dehors des nombreux travaux des historiens du catharisme, les théologiens s'en sont peu occupés. Elle présente cependant de l'intérêt, au point de vue culturel, littéraire... ». Duae categoriae errorum in hac Summa praeprimis tractantur: Catharismus et errores Pasaginorum. Errores isti generatim sistebant in negatione divinitatis Christi ac dignitatis

eius messianicae ; Vetus Testamentum, — praeceptis eius mere materialiter intellectis — remanet unicum fundamentum et definitiva ratio salutis. Theoriae istae in Summa hac exponuntur et refelluntur. Allatis hinc inde textibus S. Scripturae. Percurrendo hunc tractatum, illico patet quam sapienter Ecclesia iteratis vicibus vindicaverit veritatem catholicam, interpretationem textuum S. Scripturae authenticam ad magisterium ecclesiasticum unice spectare.

Edendo summa cum cura hanc Summam, Institutum Mediaevale Universitatis Notre Dame probavit se inquirere velle ac dlijudicare scientifice et objective theorias illas quae per longum tempus occuparunt tempora Mediaevalia.

J. B. VALVEKENS, O. Praem.

U. Adolar ZUMKELLER, O. E. S. A., *De Regel van de heilige Augustinus*. Abdij der norbertijnen van Postel, 1960, 126 blz. Prijs: 45 fr.

Na een korte inleiding krijgen we de vertaling van de Regel. Daarop volgt een bondige maar flinke commentaar die de betekenis en de geest van de Regel weergeeft, en tot slot een Gewetenspiegel in aansluiting bij de heilige Regel. Zijn grondige kennis van de schriften van S. Augustinus heeft schrijver benut in deze uitleg. We zouden kunnen zeggen dat de regel van S. Augustinus door Augustinus zelf nog duidelijker werd gemaakt. De vertaling in het nederlands hebben we te danken aan het novitiaat van de abdij Postel. Bij een mogelijke herdruk zouden ze de kans kunnen waarnemen om de vertaling van de regel zelf, die nu overgenomen werd uit de broederstatuten, op enkele punten te verbeteren en juister te nuanceren. In alle geval mogen we de vertaling een gelukkig initiatief heten. Het werkje is dan ook van groot nut voor jonge kloosterlingen die hun Regel bestuderen en voor predikanten die retraites of conferenties moeten geven aan kloosterlingen die de Augustinusregel volgen.

D. DE CLERCK, O. Praem.

Fr. PETIT, O. Praem., *Les Cantiques des Montées*. Pp. 171. Ed.: Vitte, Lyon-Paris.

Intentum auctoris clare indicatur in praefatione huic operi praemissa: « Les cantiques des montées ou psaumes du psautier (ps. 120-134) servaient spécialement dans les pèlerinages à Jérusalem. Dans la liturgie chrétienne ils ont reçu plusieurs affectations différentes: ils composent les petites heures au rite monastique ; au rite romain on les récite tout au long du petit office de la sainte Vierge, on les chante après les litanies des saints les jours de rogations lorsque la procession se prolonge, ils forment enfin une grande partie des vêpres de chaque semaine. Ils doivent sans doute cette faveur à